

<sup>me tibi</sup>  
Debere profiteor, qui tam benignam operam, tam immerenti  
tam ultro sponderis, obtuleris, praestiteris, quo meo nomine  
devictum tibi, tuisque perpetuo tenedis, etiam quam auferas  
si potis est, arctius propiusque. Vale multum Vir Maxime  
et nos ama. Haga Comitibus Idibus. Aug. MDCLXX.

De populo moribusque Italiae quid  
sentiam ingenio prolocutus in  
Elegia quam adjeci. Excidit illa  
in reditu Clavennae diem unum  
otianti, et aliquot insignium virorum  
censuras feliciter elapsa, ad supremum  
vestrum tribunaticum confidenter festinat.  
Sed heu! ubi de Clavenna mentionem feci  
non teneo me, quin tristissimi ab illa Rhetia  
nuncii participem te faciam, quo paucis a discessu  
nostro diebus, irrupisse fertur in vallem  
Tollinam Proscriptorum, Hispanorum ac  
Mediolanensium agmen, et miseranda strage  
ad mille homines in templo deprehensos trucidasse  
non feminarum, non infantium habitam ratione:  
*per omnem denique regionem horrendum in  
modum saevisse.*

Heinsio.

Viri Clarissime.

(411)

2  
Destinere tandem Italico decreto procerum, non dubitavi longius  
decreti sumus, et quem comitatum imus, ipse Arsenius est: oppor-  
tuni hercule, et ea voto cum bonorum omnium, tum praesertim  
meo et meorum qui consuetudinem tanti viri pro gratulantur  
non immerito juventuti meae. Toti itaque in eo nunc sumus  
et quidem, ut circa extrema ista assolent, occupatissimi; nam  
summa, quod ajunt, dies in tertiam aut quartam a Paschate  
praefixa est, quo magis ignoscere te cupio, si verbis longius quam  
pro rei dignitate parcioribus, impudens promissorum exactor  
adsum. Nasti quo tendano, unde non est quo pluribus te  
moxer aut moneam. unum illud insuper obtestabor, ut si  
praeter commendatitias illas literas, quibus introitum ad  
intima probitatis Venetae jam pridem mihi polliceris, ali-  
quid parvo monitionum sive proceptorum ab incomparabi-  
lis illa judicii tui pena superaddere dignatus fueris, summi  
ante omnia beneficii loco habituros aequo me ac Parentem  
meum confidas. Vale Vir Maxime et me ama, cui nulla  
regionum longinquitas hanc benevolentiae tuae memoriam  
hunc sincerum erga te affectum excusura est: ita me respicit  
qui te incolumem patriae tuisque D. Opt. Maximis, Raptim  
Haga ipsi Idibus Aprilis 1670. Tui amantissimus observantissimus  
C. Hugenius.